



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 16. De multiplici voti diuisione,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

214

folum quando votū materia spectat ad religionem; vt quādo votū sit de fundendis preciis, aut de sacrificando: sed etiam quando ea pertinet ad alias virtutes: vt ad charitatem, aut ad abstinentiam: quia vōtere aliquid eiusmodi, non est a dōus elicitus ab alia virtute, quam a religione, iuxta communē sententiam, vt meminit Suarez in citato lib. a. cap. 15. in quo lare differit de eadem re.

215.

Ne tamen hinc colligas non esse vera vota, quae sunt Sanctis: quoniam recte dici potest, talia vota fieri Dōcō, quatenus ipse est in Sanctis, & ad ipsius honorem peritent obsequia, quae Sanctis ipsis deferuntur, tanquam iis qui sunt per ipsum sancti, & in quibus honoratur pie, sicut & laudatur, iuxta illud Psal. vitimi. Laudate Domini nūm in Sanctis eius. De qua re Caetanus ad citatum D. Thomā articulū 5. verit. In responsione ad 3. & Sotus in fine cit. art. tertij, ac latius Suarez in sequenti cap. 16. Declaratur autem exemplū iuramentorum factorum per creaturas. Ea enim de scilicet vereque iuramenta censenda sunt, per tradita in appendice ad præcedens cap. 2. si intelligantur fieri res p. ad verum Dēum; sicut intelligantur dum sunt à Christianis. Pari ergo ratione licet vereq; vota esse possunt ea, quibus Dēo vōetur in suis Sanctis. Sicut ergo cum Sanctos oramus, Dēum principaliter oramus, etiam proxiime & immediaete oremus Sanctos ipsos: ita etiam quando vōemus Sanctis: principaliter, et si mediaete, vōemus Dēo, à quo speramus nos imperatores per Sanctorum intercessiōnem, quod petimus: vt ex eo patet, quod vota Sanctis sunt, etiam ad aliquid impetrandum, quod non nisi à Dēo haberi potest.

214.

Circa quātam particularē, debono, declarantem quānam debeat esse voti materia, nempe bonum (de quo postea ex instituto) tantum illud hic obiter monendum est in vniuersitatem, voti materiam esse tale bonum cuius oppositum non sit melius, & gratius Dēo; quod que bonum sit, tum absolute, tum per comparationem ad suum oppositū: prout plenius declarabitur in seq. cap. 18.

## CAPUT XVI.

## De multiplici voti divisione.

## SUMMARIUM.

- 215 Voti diuīsio in deliberatum & indeliberatum.
- 216 Metus proueniens ex causis naturalibus non obstat, quin votum ex eo factum sit validum.
- 217 Nec item si prouenient ab homine, sed sit incussum iuste, aut ab aliā causam, quam ad extorquendū idipsum votum.
- 218 Per metum incussum iniuste ad directe ad extorquendū votum, ipsum redditur inuiditum.
- 219 Modis quibus contingit votum esse illicitum tanquam nullū.
- 220 Modis aliis quibus contingit illicitum esse, tanquam infidele.
- 221 Modis quibus contingit votum esse inuiditum.
- 222 Quatuor casus in quibus malus finis non obstat, quin votum sit validum.
- 223 Diuīsio voti in absolutum & conditionatum; & quo modo accipendū sit, quod conditio in hoc, suū pendat obligatiōnē.
- 224 Diuīsio voti in morale & penale, & diversi huius modi.
- 225 Diuīsio in solleme & simplex, & in quo consitiat virtusque differentia.
- 226 Diuīsio in publicum & priuatū: & alia in personale, reale, & mixtū.
- 227 Triplex differentia inter votum personale & reale.
- 228 Notandum de voto mixto.
- 229 Diuīsio voti in affirmatum & negatum.

MULTAE ac variae voti diuīsiones assignantur, ut videre est apud Paludanum in 4. distinct. 38. quæst. 2. Illas persequitur Suarez in tract. 6. De religione, lib. 1. cap. vītimo.

## Prima diuīsio, voti in deliberatum &amp; indeliberatum.

215.

Votum deliberatum dicitur, quod factum est cum antecedente deliberatione faltem virtuali. Indeliberatum vero, quod sine deliberatione antecedente est

factum. Quodquidem est votum solo nomine: cum ex dictis in precedenti cap. ad rationem voti requiratur vt sit promissio deliberata: adeo & facta animo promittendi seque obligandi: vnde intelligitur solo quoque nomine votum esse, sine tali animo factum: ita vt merito non verum sed fictum tantummodo votum censeatur. Quæ hic notanda viderentur de deliberatione ad voti validitatem requisita tradentur in sequenti cap. 19. sec. 2.

## Secunda diuīsio voti in spontaneum, &amp; in extortum metu.

S Pontaneum votum dicitur, quod libere omnino sit, soloque pietatis intiuēti. Extortum autem metu, dicitur quod non fieri nisi metus urget. De quo pro praxi notanda sunt aliquor documenta.

216.

Primum est, quod Suarez in memorato lib. 1. cap. 7. num. 3. & aliquot sequentibus tractat. Validum esse votum factum quoque metu proueniente ex causis naturalibus: vt factum in naufragio aut alio mortis periculo, aut in aliqua magna tribulatione ad obtinendum diuinitus liberationem ab ea. Itud deducitur, ex cap. Sicur primo & secundo, De regularibus. Idem etiam haberetur extimatorum viu in Ecclesia. Et probatur ratione: quia sic vōens libere vōet: quandoquidem metus nō tollit libertatem simpliciter. Est enim coniunctam habeat displicētiam, qua metuens nollet facere quod facit, si id posset absque eo incommode quod timeret: non impedit tamen, quin si libertas sufficiens ad vōendum, cum sit sufficiens ad peccādū mortaliter: iuxta cap. Merito 15. quæst. 1. vbi ratio redditur; quod peccata per metum commissa, sint peccata volentium, quoniam sic peccans, licet alias peccare nollet, quia peccatum simpliciter, ac secundum se spectatum illi displicet, nihilominus tamen hic & nunc, libere vult peccatum, tanquam medium vīle ad vitandum malum quod metuit. Voluntas autem quæ sufficit ad hominem obligandum diabolō, sufficit etiam ad obligandum Dēo, prout habitat in prædicto lib. nu. 206. Nec obstat cap. Gonfaldus 17. quæst. 2. in quo Presbyter qui infirmitate & ferore passionis, se monachum fore promisit, declaratur non esse per eum auctum factus Religiosus. Non obstat inquam, quia Pontifex suam illam declarationem fundat non in eo quod talis promissio facta sit metu mortis: sed in eo quod canonica institutione interdictum sit, monachum fieri seu profiteri, ante annum probationis. Videntur est Suarez ibid. num. 7.

217.

Secondum est, Si metus ex eo sit votum, iuste interrogatus sit, non irritare illud: vt si maritus deprehensē in adulterio minetur se curaturum in iudicio illius castigationem, nisi religionis ingressum vōeat; aut si reo mortis, potest sit redimēndū illius suppliciū, si vōeat se in uxori acceptūrū paciētū quæ se offert, validum erit votum. Itud tractans Leon. Lessius De iuste & iure lib. 2. cap. 40. num. 10. confirmat haec ratione: quod quando metus iuste interrogatur ob crimen, non tam censeatur inferri ab extrinseco, quam ab intrinseco: nimis ut propria voluntate, qua commissum est delictum: atque is qui votum proponit, potius auferat quam inferat metum: ut potest ostendens civiam mali euadendi. Iam id quod ex propria voluntate oritur, non censetur moraliter voluntati repugnare: ideo enim ex communi sententia, talis metus non rescindit ciuilē contractus, qui libertatem requirunt perinde ac votum.

Tertium est, quod consequenter habet Lessius ac etiam Suarez in seq. num. 8. metum iniuriosum non irritare votum ex eo factū, si ob aliā causam incusus sit, quam ad istud extorquendū: vt si quis metuens hostem persequenter ipsum iniuste, vōeat ingressum religionis, vt Deus illum feruerit: vel apud Turcas feruerit in iniuste addictus, idem vōeat, vt Deus ipsum liberet. Ratio vero est, quod metus tunc non sit directe causa voti, sed solum occasio: quia quis vōet tanquam medio ad depellendum metum, alia de causa illatum.

218.

Quartum est, Metum iniuriosum incussum directe ad extorquendū votum, irritare ipsum. Hanc esse commu-

nem

nem sententiam indicat Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 52. pro qua citantur aliquod iura præstrium cap. 1. Deijs quæ vi. &c. Ratio vero præcipua est: quod cum nemo probus promissionem sibi tali modo factam acceptaret, aut aliquid iuris ex ea prætenderet (quandoquidem ut habet regula 48 iuris in 6. locupletari nemo debet cum alterius iniuria) alienum est à ratione existimare, quod Deus accepit vota in iuriis extorta. Nec obstat, quod Deus ipse non inferat talen iniuriam: quia proposita regula sic concepta est, ut interpretanda sit de iniuria, à quocumq; prouueniat.

Magna autem difficultas est: An hoc habeat locum si metus sit tantum leuis: quam Suarez tractat in memorato lib. 1. cap. 7. à num. 9. pluribus authoribus in vtramque partem citatis. Partem autem negantem propugnat tanquam veriorum. Quin vero in præfatione sequi possimus, nihil obstat. Tum quia nec ipse nec alij, quos sequitur, eam rei iunctam tanquam improbatam. Tum quia bonos habet authores, ut patet ex iis quos videt Suarez sati magno numero, & matore Thoma Sanchez lib. 4. De matrimonio disput. 17. commemorant. Tum quia satis bonum habet fundamentum: nempe quod metus grauius ex eo quod sit grauius non reddat votum inualidum: quandoquidem, etiam factum metu mortis grauissimo, valer ut ex præcedenti primo notabiliter patet ex eo, quod per iniuriam inculus sit ad extorquendum consensum vouchendi. Si ergo metus leuis eodem modo inculus sit, similiter reddet votum inualidum: præfertim cum ex eo perinde ac ex graui, votum sic procedere potest, ut censeri debuerit illius causa sine qua non: seu quæsi non interuenient, ipsum emissum non esset. Accedit quod in dubijs licet partem minus probabilem relicta probabiliori sequi: nisi obster irreverentia in vñterum sacrarum, ut in administratione sacramentorum: vel iniuria inferenda proximo. Nonnunquam tamen consulenda erit petitio relaxations ad tranquillitatem conscientie illius, qui ex ea parthenon habuerit quietam: præfertim cum parti neganti subscibentes sint anthores careris recentiores: quorum authoritas potior est in iudicio de peccatis, si constet ipsos & doctos esse & diligentes in discutiendis difficultatibus.

## Tertia voti diuisione, inlicitum &amp; illicitum.

**V**otum licitum illud est, quod sancte fit & absque peccato: illicitem vero quod fieri nequit absque peccato: & (iuxta verba illa ecclesiastis cap. quinto, Displicer Deo infidelis & stulta promissio) potest diuidi in infidele & stultum.

De eodem vero conuenienter in istuto nostro, est explicandem, quibus modis ipsum stultum, & quibus infidele esse contingat. Stultum ergo esse potest, primo ex parte finis. Nam quicumque aliquid votet propter malum finem, scilicet ac imprudenter votet, mortaliter; peccat, si illud quod votet sit mortale: venialiter vero, si tantum sit veniale. Niisi forte existimet se posse per tale votum, aliquid mali à Deo obtinere: quod est grauissimum blasphemæ peccatum; cum diuinæ bonitati repugnet nullius peccati, etiam tantum venialis, authorem esse. Secundo, ex modo vouchandi, ut cum quis inconsiderate, & leuite votet. In eo enim peccat, et si tantum venialiter: niisi per tale inconsiderationem, quan diligentia adhibita vincere potuerit, exponat se probabili periculo peccandi mortaliter.

Tertio, ex parte materiae: non enim licet vouchare Deo quiduis, sed id quod illi gratum est & acceptum. Iplum autem requiri quinq; conditiones, insinuatæ à D. Tho. 2.2. qu. 88. art. 2. Prima est, ut id quod vouchemus sit nobis possibile: vouchare enim aliquid nobis impossibile, ut vñtere omne peccatum veniale, peccamus: idque mortaliter si ex certa scientia id faciamus: quia Deum afficiamus notabiliter iniuria, promittentes ei mendaciter, quod nos præstare non posse scimus. Secunda est, ut illud quod vouchemus sit in nostra libertate. Nam qui vouchet necessarium necessitate naturæ, ut se moriturum, vel non volaturum, peccat saltem venialiter, per quoddam vaniloquium. Dixi ne-

cessitate naturæ: quia de eo quod est necessarium necessitate præcepit: ut de nunquam formicando, rite sit votum. Tertia est, ut id quod vouchemus sit vnde, id est, proferat honorem Dei: aut certe (siquidem pro fine consequendi bonum temporale, votum hinc emititur, ut Sotus in 7. De infinita & inre, qu. 1. art. 3. ante iunctum argumentorum, recte probat, ex voto quod fecit Iacob Genetis 28. ver. 20.) ad nostram aut proximi utilitatem. Qui enim rem penitus inutilem vouchet, peccat venialiter: immo & mortaliter: si, ut sepe solerit, adulterio superstitio. Quarta est, ut id quod vouchemus sit bonum: nam vouchare malum, est peccatum, aliquando mortale, aliquando veniale, prout exponetur in fe. cap. 18. Quinta est, ut bonum quod vouchemus non aduersetur meliori bono: ita ut nequeat cum eo simul consistere. Namque malum est, sibi viam praeccludere ad aliquam perfectionem maiorem. Non committitur tamen in eo peccatum, plusquam veniale, nisi fiat ex haeresi: ut quando quis vouchet se dueturum vxorem: quia pertinaciter credit statum coniugatorum esse præferendum statui cælibatus.

Infidele autem esse votum potest dupliciter. Primo quidem, cum quis bene vouchet, sed non impler posset quod vouchet: de cuius peccato dicitur in proxime sequenti capite. Deinde vero, cum quis habet quidem propositum vouchendi & promittendi, sed non habet implendi id quod vouchet. Cuiusmodi infidelitas est graue peccatum, & quidem grauius, quam præcedens non seruantis votum, quod sincere fecerat: sicut grauius peccat, qui iurat illud quod non intendit facere: quam is qui iurat sincere, sed postea non facit. Immo, ut notat Nauar. in Enchir. cap. 12. nu. 38. illebus peccat: primo quidem vouchendo mendaciter: secundo vero, non implendo votum validum.

## Quarta diuisione voti in validum &amp; in invalidum.

**V**otum validum est, quod habet vim obligandi: & ininvalidum, quod nunquam habet vim obligandi: ne quidem cum sit. De hoc autem occurrant notandi modi quibus ipsum contingit.

Primo igitur votum est ininvalidum ex defectu deliberationis iuxta cap. Sicut primæ, De regularibus, atq; antedicta in præcd. capite.

Secundo, ex interuenienti fraudis, quæ cum est tota causa voti: ita scilicet ut homo nunquam vouchet, nisi fuerit fraude circumventus: votum ipsum est nullum: ut pote factum sine sufficienti proposito.

Tertio, ex coactione: non enim valet votum, ad quod faciendum coactus est alius: quia coactio tollit libertatem voluntatis, quam in voto requiri habetur ex auctoritate: & conficiatur per illud, quod in cap. Non est, 15. q. 4. Christus dicitur eligere sibi militem voluntarium. Quatenus non modo ex coactione sed etiam ex metu, votum censeri posse ininvalidum, satis intelligi potest ex notatis circa præcedentem diuisionem secundam, & plenus ex dicendis in seq. lib. 25. cap. 4. seq. t.

Quarto, votum ininvalidum esse potest ratione personæ quæ vouchet. Si enim puer vouchet antequam vñsum ratioñs habeat, omnes consentiunt votum esse ininvalidum: tanquam indeliberatum scilicet. Item ex Concilio Tridentino sessione ultima cap. 15. De regularibus, votum solemne religionis factum ante 16. annum compleatum, sicut & factum ante absoluum annum probationis: est nullum.

Quinto, ininvalidum esse potest ex materia. Nam quando ex ea redditur illicitem, aliquo ex modis notatis, circa præcedentem diuisionem tertiam, redditur quoque ininvalidum. Vbi adiuerte quando bonum, de quo sit votum est maius respectu vñius, & minus respectu alterius: si ille qui vouchet recipiat maius bonum, votum esse validum: si respiciat minus, votum esse ininvalidum. Exemplum est, si quis vouchet se ad mortem usque perseveraturum in religione minus perfecta. Si enim id faciat, quia putat melius esse perseverare, in tali religione, quam non perseverare, votum est validum: sed si id faciat, ut se à perfectiori religione excludat, votum est ininvalidum.

Postremo potest votum inuidum esse ex fine: quod contingit in duobus tantum casibus, ut intelligitur ex Caet. in verbo Votum cap. 2 & ex Nauar. in Enchir. c. 12. num. 30. & 31. Prior est quando malus finis, est pars materiae: ut cum quis vovet le propter inanem gloriam datum eleemosynam, quod est vovere peccatum: puta opus quod est vestitum circumstantia malus finis. Itaque tale votum, quod nec Deo placere, nec emitiri aut impleri licet potest, merito confetur inuidum. Posterior casus est quando malus finis, est finis non tantum voventis, sed etiam voti: ut accidit quando votum ipsum suscipitur ea intentione, ut per illud malus finis a Deo obtineatur. Cum enim huiusmodi votum sit species quædam blasphemiae, qua Deus author & patronus peccati constitutus, censendum est, ut omnino illicitum sic inuidum esse. Exemplum est: si quis aliquid idem vovet, ut à Deo iniustam victoriam impetrat, vel si quis in gratiarum actionem vovet, se sacrificium Deo oblatum, aut certam eleemosynam daturum, si aliena uxore potiatur.

222. Intelligitur quoque ex ijsdem authoribus, quatuor dari casus, in quibus malus finis non obstat quin votum sit validum. Primus est, quando finis ipse malus, aliquid boni in se continet, & is qui vovet, cupit per votum obtinere à Deo id ipsum bonum, non autem malum finem: ut accidit voventi aliquid Deo, ut ex concubina filium impetrat, vel ut duellum susceptum mortem euadat: vel ut furtum facturus, non capiatur.

Secundus est, quando malum quod intenditur, non apponitur voto tanquam finis illius, sed tanquam pura conditio sub qua vovetur. Sic igitur votum de re bona factum, inuidum est quidem, si vovens intendat per ipsum impetrare à Deo intercessionem inimici: valet tamen si intendat impetrare gratiam agendi pœnitentiam, aut cauendi sibi postea simili facinore, si ei contingat interfere inimicum. Ratio est, quia si adhuc cetera ad votum requisita, ipsum non est censendum inuidum ob turpitudinem conditionis, non attinet enim ad ipsius materiam: nec impedit quin impleri possit absque salutis dispendio: aut si attinet quidem, sed inutilis est ad votum: unde fit ut materia eius adiecta, ipsum minime vitiat: cum ex regula 27. iuris in 6. vtile non debeat per utilite vitiari. Et ita in Enchir. cap. 12. n. 43. Nauaratus definit, eum qui vovit Ierosolymam ire genibus flexis & ferendo ore bufo nem, teneri quidem ire, non tamē genibus flexis (quod est moraliter impossibile) nec ferendo Bufonem ore: quia id turpe est, nulliusq; reverentia erga Deum: & ideo ad votum inutile: ac proinde non obstat quin votum proficisciendi Ierosolymam sit validum.

Tertius casus est, quando finis principalis non est primarius, sed tantum secundarius, & causa sollemmodo motiva: ut quando quis vovet se aliquid in eleemosynam daturum pauperibus propter Deum: sed ad vovendum motus est, ut molestia aliquem afficeret.

Quartus est, quando finis principalis est quidem malus: sed non est finis voti, tanquam ipsum fiat ad talem finem à Deo impetrandum: sed tantum est finis voventis: qui cogitat se posse voto interposito aliquid impetrare ab hominibus, ut accidit ei qui religionem vovet, quo eligatur in Abbatem. Item ei qui vovet castitatem susceptione sacri ordinis, quo beneficium Ecclesiasticum consequatur. Cuiusmodi fines extrinseci sunt voto: cum adeptio illorum non expectetur à Deo, quem sollemmodo votum respicit, sed ab hominibus. Quia igitur in quatuor his casibus votum sit de re bona, nec habet malum finem internum, ipsum sane censendum est obligatorium, arg. adeo validum est: quod quantumvis cum aliquo peccato emissum sit, tamen sine peccato impleri potest.

#### Quinta diuīsio voti, in absolūtū & conditionātū.

223. Illud votum dicitur absolūtū, quo quis absolute & sine conditione vovet: conditionatum vero, quod sit sub conditione. Quorum illud homo statim ac potest, impletere tenerit: nisi certum tempus præfixerit: pro quo, nec ante illud, voluerit se obligare. Conditionatum vero non

tenerit implere, donec secuta sit conditio: dummodo tamen ipse non impediens, ne ea sequeretur, quemadmodum recte notat Nauar. in Enchir. cap. 12. numero 42. & 43. Sic igitur nisi secuta sanitate, non tenetur peregrinari: factō voto de suscipienda peregrinatione si sanitem recuperet.

Vbi aduerte quod de voto ipso conditionali habet Suarez in cit. lib. 1. cap. 19. num. 9, conditionem in illo suspendere obligationem, non quod tale votum nullo modo obliget statim: quia id repugnat voto (de cuius essentia est ut sit promissio obligatoria) sed quod obligatio illius suspendatur quoad executionem, quæ est voti objectum, quod adiectione conditionis limitatur: non item promissio, ex qua proinde obligatio statim ita nascitur, ut non sit in protestate voventis non manere obstrictū ad illam exequendam, cum impleta fuerit conditio: adeo ut ex tunc renatur habere animum implendi illud suum votum, impleta conditione sub qua emissum fuit. Quod si conditio caderet in promissionem (quia hanc suspendere) non esset votum, ne quidem conditionatum: sed solum propositum conditionatum vovendum: ut si quis dicat: Vouo castitatem si Petro visum fuerit. Nam cum votum ista ratione suspendatur in futurum, non firmare: ideoque talia verba indicant tantummodo propositum conditionatum vovendi in posterum. De qua re idem Suarez in preced. numero 8.

#### Sexta voti diuīsio in morale & penale.

224. Ut omne morale dicitur, quod spectat ad mores, tanquam stimulus ad studium & exercitium virtutis. Penale vero dicitur quod in penā alicuius peccati suscipitur: aliquando quidem sub conditione, ut cum quis vovet peregrinationem si luserit aleis: aliquando vero absolute, ut cum quis vovit peregrinationem, quia commisit homicidium. Et vitroq; modo est verum votum, per quod vovens simpliciter consentit in obligationem subeundi talem penam. Cum hac differentia tamen, quia patet ex antedictis, ut si sit posterioris modi, ad executionem statim obliget, non item si sit prioris modi: cum illius obligatio suspendatur usque ad impletionem conditionis apollite. De eodem modo obiter nota, interdum solitarium & interdum coniunctum esse cum moralis: quod pendet ex intentione voventis: quæ dicendo. Peregrinationem vovens si luserit: esse potest adstringendi se tum ad non ludendum, tum ad subeundam peregrinationem penam si luserit. Quod notandum est procurantur ciuiusmodi voti dispensationem, ut Superiorum informet. Videri possunt quæ Suarez habet in seq. num. 14.

#### Septima diuīsio voti in simplex & solemne: & octaua in publicum & priuatum.

225. Ex viiiuero numero votorum duo sollemmodo censentur solemnia, votum scilicet cœfatis, quod ex ecclesia instituto in susceptione sacerdotum ordinum tacite emittitur, tanquam eidem susceptioni connexum (eo enim ipso, quod voluntarie aliquid agitur, censetur pariter agi tacite illud cui connexum est) & professio in religione per Sedem Adolstolicam approbata: ita enim habetur ex cap. 1. De voto & voti redempcione in sexto. In quo autem consistat differentia, per quam votum simplex a solemni separatur, magna difficultas est, scholastici instituti propria. De ea Caeteranus & cateri D. Thomas interpretes 2. 2. queſt. 88. art. 7. & Sotus in 7. De ius. & iure queſt. 2. art. 5. diuersas sententias referunt. Eam quam Sotus ipse approbando late propugnat, sequi possumus: qua statuitur per hoc separari: quod votum simplex habeat se tanquam simplex promissio, quæ a nullo sensibiliter acceptatur. Solemne votum vero se habeat tanquam stipulatio seu pactum, in quo est non tantum promissio ex parte offerentis, sed etiam acceptatio sensibiliter manifesta, ex parte recipientis. Votum enim solemne acceptatur ab ecclesia nomine Dei: vnde semper sit in manu personæ ecclesiastice, quæ loco Dei seu Ecclesie, illud acceptum modo ac forma sensibili. Quod si ita sit: tenendum est etiam cum eodē Soto ibidem, votum simplex & solemne differe

differre inter se species: sicut differunt simplex promissio & stipulatio. Tenendum etiam est consequenter, quod votum solemne transgressus, non satisfaciat obligationi integre confitendi, si dicar se transgressum esse votum castitatis, sed debeat explicare circumstantiam, quod tale votum fuerit solemne.

226. Octaua diuisio voti est, in priuatum quod priuatum sit, & in publicum quod publice, & coram multis sit. Quae diuisio non coincidit cum praecedenti: quia non repugnat votum simplex fieri publice, & solemne fieri priuatum, id est, presente solo Prelato Ecclesiastico. Aliud circa diuisiōnē hanc canorandum non occurrit nisi quod votum publicum ceteris paribus magis obliget, ratione scandali, quam priuatum.

*Nonā diuisio voti in personale, reale, & mixtum.*

Votum personale dicitur, cuius materia est actio personae: sive ea sit actio praecitorum, sive consiliorum, operumve supererogationis: ut votum ieiunandi, orandi, pati-  
peritatis, castitatis, obedientie, aut ingrediendi religionem: sive etiam sit pecunia estimabilis: ut si quis voleat manibus laborare in aedificatione templi, votum confertur personale: quia quantumvis sit digna stipendio, adeoque pretio iusto (quo & redimi positi de consensu Prelati) spectandum est tamen potius secundum illud quod ipsa est formaliter, quam secundum illud cuiusque virtute. Ita notat Suarez in seq. lib. 2. cap. 12. num. 1. Reale vero dicitur, cuius materia est res aliqua: ut votum elemosynae, vel alterius oblationis pecuniae in piū vīsum. Mixtū denique, cuius materia partim constat ex actione, partim ex re. Quod duplex est, vnum quod æque constat ex personali & reali: ut si quis voleat se oraturum in sacello Loretano, & ibi collaturum aliquot numeros aureos. Alterum vero quod principaliter est personale, & secundario ac accessoriū est realē: ut votum peregrinationis. Nam peregrinatio de se est actio personae: quam ut exercet qui debet ex pendere res suas: quia ex parte tale votum est realē secundario: sicut & ratione actionis, quā principaliter peregrinatio importat, est principaliter personale. De qua re Suarez in seq. num. 2. & 3.

227. Differunt autem in tribus votum personale & reale. Ac primo, quod personale tanquam onus impositum personae votentis, non transferat ad alios iatione hereditatis, seu bonorum a votente acceptorum. Reale vero tanquam onus impositum iebus votentis, transferat: sicut & transfi-  
erunt debita ab ipso contracta. Secundo, quod votum personale ab uno emissum, non obliget alterum: quia est aetate religionis quo votens propriam voluntatem offerit Deo, ad excitandam in se devotionem: Votum reale autem obliget, non quidem ratione actus votendi, sed ratione rerum per votum obligatarum. Et ita haeres sive filius sive alias, ad vota realia eius qui illi relinquit hereditatem, tenetur saltē iuxta vires hereditatis. Tertio, quod is qui non potest per se implere votum personale, non tenetur implere per alium, iuxta post dicta in sequenti num. 283. votum vero reale tenetur implere etiam per alium, sicut & solvere debita alia a se contracta: cum per-  
ditione illius, ac ratione horum, habeat res suas obligatae satisfactioni.

228. Porro votum mixtum æque principaliter ex personali & reali, quatenus est personale, induit naturam voti personalis: & quatenus reale, voti realis: & ita si quis votum ire ad S. Iacobum & ibi dare calicem, haeres tenetur eo mittere calicem, non autem eodem ire. Reale autem principaliter, sed secundario & accessoriū personale, conditionem habet & proprietates voti realis: quia accessoriū le-  
quitur naturam principalis, ut haber regula 42. iuris in 6. Hincque est, quod si defunctus dum viueret voleat adificare monasterium, & ibi religiosam vitam profiteri, quia tale votum mixtum est principaliter ex reali, & accessoriū ex personali: haeres tenetur fundare monasterium: non autem ibi religiosam vitam profiteri personale vero principaliter & accessoriū reale, conditionem, & proprietates pari ratione haber realis. Et ita si quis voleat peregrinari,

haeres nec tenetur id implere, neque expensas quas facturas erat mittere ad locum piū, quo peregrinaruit erat: sicut nec si voleat religionem, tenetur eidem in religione dare bona quas ille secum in cam latutus erat: quia talia sunt tantum accessoria. Hoc doctrina est Paulus in 4. dist. 38. qu. 3. art. 3. D. Apton. 2. part. titul. 11. cap. 2. §. 5. Syl. Vo-  
tum 2. quest. 11. & Nauarr. in Enchit. cap. 12. nu. 56. & 57. Sotii in 7. De iust. quest. 2. art. 1. in fin. Eamdem late perficitur Suarez in seq. lib. 4. cap. 11.

*Postrema diuisio voti est in affirmativum & ne-  
gativum.*

229. Votum affirmativum dicitur, quod sit de agendo ali-  
quid, ut de suscipienda peregrinatione, negativum  
vero, quod de non agendo, ut de non fornicando. Adven-  
tenda sunt autem duo, pro iudicio nobis proposto, quæ  
Suarez tractat in memorato lib. 4. cap. 12. Primum est, votum  
negativum absolute factum obligare semper, ac pro semper,  
adeoque statim a factum est, perpetuoque: nisi ex inten-  
tione votentis ipsum limitetur. Huius fundamentum est:  
quod negatio absolute ralis natura sit, ut destruat omnia  
qua possit inuenire. Exceptionis vero addita ratio est,  
quod obligatio voti, cum sit voluntaria, non extendatur  
ultra votentis intentione se obligandi. Quia si fuerit cum  
limitatione ad diem a quo incipiat, vel ad certum terminum  
in quo desinet, aut cum certa restrictione materia (ut cum  
vouit quis, se non ingressum aliquam domum spectans  
talem ingressum tanquam occasionem peccandi) votum  
inde censebitur conditionati rationem induere, ipsiusque  
obligatio suspendetur usque ad diem vel terminum praefixum: caue coſſabit, si cetera materia restitutio ut v.g. oc-  
casio peccandi ex ingressu domus.

Posterior est, votum affirmativum obligare statim ac  
fit, non tam pro statim. Prior pars probatur, quia votum  
ex se est efficax causa obligationis: ideo enim dicitur quod  
vouere sit quidem libertatis, sed votum implere sit necessi-  
tatis. Eaque de causa statim ac emissum est, is qui emitit  
obligatur ad non habendum propositionum contrarium ob-  
seruantia illius, & ad caendum eiusdem obseruantiae im-  
pedimentum. Posterior pars vero ex eo constat, q[uod] opera-  
tio positiva requiri temporis opportunitatem, quæ non  
semper adest: humanoq[ue] modo, nemo liberaliter promittendo,  
intendat alter obligeare se ad agendum aliquid,  
quam ut id præstet cum primum poterit commode. In di-  
judicanda autem committitate voti adimplendi, spectandum  
est solam, quanta in negotio, quod ex voto peragendum est, requiratur iudicio prudentium, circumstantis  
in p[ro]pt[er]is. Ratione quarum euenter potest, ut dilatio tem-  
poris, quae respectu unius, nimia non est: ut respectu alterius  
nimia: quia tempus, quod commodum est respectu unius:  
non est semper respectu alterius, ob diuersas circum-  
stantias personarum & negotiorum.

### C A P . XVII.

*De obligatione voti, & peccato quod illius trans-  
gressione committitur.*

### S V M M A R I V M .

- 230. Obligatio voti est sub mortali, ac illius violationem suadere peccatum est mortale.
- 231. Causa generis sit malitia violationis voti.
- 232. Peccatum est, diutius differre voti adimplectionem, perinde ac illud non implere.
- 233. Tres casus excepti.
- 234. Differuntia inter votum factum de bono supererogationis, & factum de bono posito in precepto.
- 235. Notanda ad indicandum quando peccetur contra votum af-  
firmarium, aut contra negativum.
- 236. Alia notanda ad indicandum quando peccetur contra votū, cuus obligacioni prefusus est certus terminus.
- 237. Quo ex leuitate materie transgressor voti excusari possit &  
mortali.